

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2923

Auteur(s) : Guillaume de Magneville [chevalier]

Bénéficiaire(s) : Robert Bertran [chevalier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1241, juillet

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume de Magneville, chevalier, vend à Robert Bertran, chevalier, ses moulins situés entre la Haye-de-Robert à Magneville et les moulins de Robert à l'Estang, plus toute la terre qu'il avait entre la rivière d'Ouve et la forêt de Robert.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bréard Charles, *Cartulaires de Saint-Ymer en Auge et Bricquebec, publiés avec notices*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard, 1908, Bricquebec, n° 23, p. 211-213.

Texte établi d'après a

Erga Guillerum de Magnavilla, militem.

Noverint universi, presentes et futuri, quod ego Willermus de Magnavilla-l'Egarée, miles, vendidi et omnino dimisi Roberto Bertran, militi, pro quingentis libris turonensium, quas pro me domino regi plenè persolvit, molendina mea de Magnavilla sita inter hayam dicti Roberti apud Magnamvillam et sua molendina de Stagno cum piscariis ibidem sitis, et esclusis et moutis et servitiis et frumento quod debent homines mei pro esclusis faciendis et justitia et emendis, si moutarii ad alia molendina bladum suum inventi fuerint moluisse, cum piscatura et aqua quas habebam inter dictam hayam et dicta molendina de Stagno et totam terram quam habebam inter Ouvam fluvium et forestam dicti Roberti ; et in monte de Stagno totam terram quam ibidem habebam et totum alnetum quod habebam inter dictos montem et fluvium et terram fornellorum et pratum quod Richardus Ruffus tenebat de me juxta dictam aquam et terram ad Basireis, cum una virgata prati et terra juxta campum molendini, et ad haisetam decem acras terre, sex perticas minus ; et in Ruffo de Stagno unum quarterium frumenti ; et in Roberto Fabro de Stagno quatuor solidos et octo denarios turonensium, duos panes, duas gallinas et viginti ova ; et in Willermo de Ros duos boissellos frumenti, unum panem et unam gallinam et decem ova ; et [in] Willermo Canu tres boissellos frumenti, unum panem, unam gallinam et decem ova ; et in Radulfo le Chevalier octo solidos, tres panes, tres gallinas, et triginta ova ; et in Alono le Brun tria quarteria frumenti, unum panem, unam gallinam et decem ova ; et in Gaufrido Nepotis duos solidos et octo donarios, tres panes, tres gallinas ; et in Willermo Nepotis sex boissellos frumenti, duos panes et duas gallinas ; et in Nicholao Pignol sex boissellos frumenti, duos panes et duas gallinas et viginti ova et essartum Vanier ; et in Richario Vanier octo solidos, unum panem, unam gallinam et decem ova ; et in Vigier et fratre suo sex boissellos frumenti, duos panes, duas gallinas et viginti ova. Hec omnia supradicta tradidi et assignavi predicto Roberto pro assisia quinquaginta libras terre quas et tenebat assignate pro quinquaginta libris superius annotatis. Nichil in omnibus predictis retinens in eisdem, ita tamen quod terre feodate extra dominica persolvent de exercitu et faissantis ad capitale dominum pertinentibus prout eorum quantitas postulabit quod..... computare vel reddere tenebit quum predictas terras possidebam mihi vel illi qui loco mei erit. Hec omnia predicta ego et heredes mei

tenemur predicto Roberto et heredibus suis garantizare vel ad valorem excambiare, si necesse fuerit, competenter. Quod ut firmum et stabile permaneat in futurum, presentem cartam sigilli mei munimine confirmavi. Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo [quadragésimo] primo, mense Julii.